

Glabra. Caulis 1-2-pedalis interdum valde ramosus. Folia petiolata petiolo basi dilatato amplexicauli pinnatipartita lobo terminali magno cordiformi lobis lateralibus parvis remotis aut sæpe omnino nullis. Capitula cernua cylindrica 12-20-flora cyanea. Phyllaria oblongo-lanceolata nigrescentia glabra, interiora subæqualia c. 8 exteriora sensim breviora. Achæmium fuscum compressum utrinque multistratum læve, fusiforme apice constrictum vix rostratum. Pappus interior tennis achæmium vix æquans niveus mox sordidus, exterior e setis brevibus flavis numerosis coalitis constans.

*Hab.* In Himalaya boreali-occidentali ad 9,000-12,000 ped. alt. mens. Sept.-Nov. florens.

Species *Lactucam lævigatam* valde referens, sed achæmium differt. Foliorum lobi laterales sæpe abortivi, ideoque folium formam folii *Violæ odoratæ* refert.

(18.) *Lactuca Lessertiana* Wallich sub Hieracio Cat. No. 3254 *Mulgedium* ? *Lessertianum* DC. VII. 251 *Melanoseris lyrata* Decne in Walp. Rep. VI. p. 354 *Melanoseris Lessertiana* Decne in Walp. Rep. VI. p. 354.

Caulis erectus 6-24-pollicaris, interdum ramosus, ramis valde strictis glabris. Folia inferiora petiolata, integra spathulato-oblonga aut lyrato-pinnatifida lobis obtusis sinuatis, glabra aut utrinque hispida. Folia superiora lanceolata integra sessilia basi amplexicaulia. Capitula (quam specierum præcedentium majuscula) ovata 16-24-flora, floribus purpureis. Phyllaria nigro-hirsuta, interiora 12-16 anguste oblonga, exterioribus lanceolatis duplo longiora. Achæmium compressum fuscum utrinque attenuatum, facie interiore 1-costatum et in utraque facie multi-striatum, minutissime hispidulum, in rostrum achænio subduplo brevius albidum cylindricum subprismaticum (nec filiforme) abeuns. Pappus interior setosus flavescens achænio multo brevior, exterior vix ullus.

*Hab.* In Himalaya, a Sikkim ad Kashmir ad 9,000-16,000 ped. alt. mensibus Sept.-Nov. florens.

Folia integra (Var. *Lessertiana*) aut fere omnia alte pinnatifida (Var. *lyrata*) : sed hæc duæ formis intermediis conjunctæ in unicam speciem a T. Thoms. contractæ sunt.

(19.) *Lactuca bracteata* Hook. f. et Th. in Herb.

Undique villosulo-pubescentis. Caulis erectus 1-3-pedalis sim-

plex, apice corymbosus vel pseudo ramosus. Folia inferiora caulina elliptico-lanceolata serrata sessilia basi auriculato-amplexicaulia. Ad basin pedunculorum bractea adest ovato-lanceolata majuscula sessilis. Capitula subovata 20-flora. Phyllaria glabra (nisi extima) elliptico-oblonga obtusa exteriora sensim breviora. Achænium compressum fuscum angustum multi-striatum, minutissime scabridum, in rostrum achænio paullo brevius albescens angustissime cylindricum attenuatum. Pappus interior sordide albidus achænio cum rostro multo brevius, exterior vix ullus.

*Hab.* In Sikkim ad 8,000-10,000 ped. alt. detexit cl. J. D. Hook.

(20.) *Lactuca Dubyæa* i. e. *Dubyæa hispida* DC. VII. p. 247 Wallich Cat. 3253.

*Hispida.* Caulis erectus 1-3-pedalis superne corymbosus ramis longis monocephalis. Folia inferiora petiolata, petiolo basi dilatato auriculato, limbo spathulato oblongo sinuato basi subpinnatifido : folia superiora oblonga lanceolatave sessilia, basi sæpe amplexicaulia. Capitula majuscula ovata cernua 30-50-flora. Phyllaria nigra valde hispida, interiora anguste oblonga c. 20, exteriora pauca lanceolata. Achænium fuscum compressum angustum striatum læve, in rostrum achænio duplo-triplo brevius albidum cylindricum (nec filiforme) angustatum. Pappus interior sordide albus achænio cum rostro longior, exterior vix ullus.

*Hab.* In Himalaya, in provinciis Sikkim, Nepal et Kemaon ad 10,000-15,000 ped. alt., mens. Sept.-Oct. florens.

Capitula iis *Lactuæ Lessertianæ* similes sed majora. Flores flavi.

(21.) *Lactuca gracilis* DC. VII. p. 140 *Chondrilla gracilis* Wallich Cat. 3267 et *Crepis* ? *gracilis* Wallich.

*Glabra.* Caulis erectus 1-2-pedalis gracilis apice nudus dichotomo-paniculatus. Folia lineari-lanceolata utrinque acuminata integra 1-nervia basi interdum ciliato-villosa. Capitula angusta 5-10 flora floribus flavis. Phyllaria interiora subæqualia anguste oblonga acuta, exteriora parvula. Achænium compressum angustum utrinque acuminatum striatum læve in rostrum filiforme achænio subduplo brevius attenuatum.